procurari. pultros insuper aracearum nostrarum predictarum 228
parcium aptos et habiles ad domandum annis singulis vestro
durante officio allaqueari[a,3] et domari faciatis tempore compe-
tenti et in ipsis marestallis cum omni diligencia custodiri,
ut haberi possint[b,4] pro nostris serviciis tempore oportuno. et
quot de qualibet aracearum ipsarum annis singulis allaqueari
feceritis, statim quod allaqueati fuerint, per pilos balzanaturas
et mercaturas earum, et in quibus marestallis eos statueritis
custodiri, Iohanni de Aneto marestalle nostre magistro, vice-
magistro iusticiario regni Sicilie et magistris racionalibus
etc. distincte et particulariter per vestras litteras intimetis.
scuteriis vero, qui deputati erunt ad custodiam pultrorum
et equitaturarum aliarum ipsarum marestallarum expen-
sas in pecunia, frumentum pro vivanda et ~~vi~~ vinum
pro potu, cavarrettis, senescalco et scriptori ipsius sene-
scalci, marescalcis eciam et prepositis expensas iuxta
statutum curie vobis sub sigillo celsitudinis nostre traditum
exhibeatis pro tempore, quo in serviciis ipsis erunt. nos
enim certificati per vos de hiis, que tam pro pultris et
equitaturis quam pro personis ipsarum marestallarum
necessario et utiliter oportuna fuerint, tam predicta quam
ordeum pro pultris et equitaturis ipsarum marestallarum,
oleum pro lumine et medelis, ferros et clavos iuxta pre-
dictum statutum nec non retinas, capistra, pastoras, tra-
ginellos, strigiles, falces, frena et alias res necessarias
pro pultris et equitaturis ipsis vobis mandabimus et fa-
ciemus oportunis temporibus exhiberi. de marestallis
enim, pultris et aliis equitaturis ipsarum marestallarum

~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

3 a, Hanypiar
aus allaqueari

b, 4 Hs. posit